



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. XII. De Aedificatione Castri de Redino & visione mirabili cuiusdam
Fratris ibidem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Hermannus de Salza IV. Magister Ord. Teutonici generalis.

Hermannus de Balke I. Magister Provincialis in Prussia.

CAP. XII.

De,

*Ædificatione Castri de Redino & vi-
sione mirabili cuiusdam Fratris ibidem.*

A Nno Domini (a) MCCXXXIII. Frater Hermannus Balck *Anno 1233.*
 Magister, Pruthenis jam eliminatis à terra Colmensi, con-
 gregato Exercitu Fratrum & armigerorum ædificavit castrum
 de (b) Redino antè solitudinem, qvæ fuit inter terram Pomesa-
 niæ & Colmensem, in illo loco, ubi continuus insultus fuerat
 Pruthenorum, & introitus ad terram Colmensem. In hoc ca-
 stro fui: qvid; m frater, qvi illusus fraude Diaboli æstimabat ve-
 raciter, qvod in Ordine Domus Teutonicaæ non posset animam
 suam salvare, proponens in animo suo, qvod vellet ingredi or-
 dinem strictiorem; quo facto, vidi in somnis Beatos Bernhar-
 dum, Dominicum, Franciscum, Augustinum, cum suis fratri-
 bus præcedere, qvos cum lacrymis rogans petivit, ut eum in
 Confratrem assumerent, at illi singuli denegabant. Postremo
 venit B. Virgo Maria cum fratribus Domus Teutonicaæ pluri-
 bus, qvam ipse cœpit humiliter implorare rogans, ut eum saltem
 in Consortio fratrum suorum permitteret remanere. Cui Vir-
 go beata: Non expedit qvia tibi videtur, qvod ordo tuus sit ad-
 ed laxus, qvod nihil sit in eo, in quo secundum desiderium tuum
 posses pati, & elevans singula fratrum pallia, ostendit vulnera
 & plagas qvibus fuerant ab infidelibus imperfecti pro defensione
 fidei, & ait: Num videtur tibi, qvod isti fratres tui sint aliquid
 passi pro nomine JEsu Christi & hoc dicto disparuit visio: Et
 ille Frater evigilans reversus ad se, processit ad (c) Capitulum,
 ubi fratres fuerant congregati & qvod temere de proposito suo
 illis.

PARS TERTIA

Hermannus de Saltza IV. Magister Generalis Ord. Teutonici.
Hermannus de Balke I. Magister Provincialis in Prussia.

illis demandavit hoc modo tanquam sapiens & expertus humi-
liter revocans tanquam erroneum, visionem quam viderat, e-
mitibus publicavit, qui frater in Dei servitio perseverans non
longe postea ab Infidelibus est occisus.

ANIMADVERSIONES.

- (a) Jeroschimus & Autor Chronicus Ordinis referunt hoc ad An. 1234.
(b) Vid. Henneb. in Comment. ad Tab. Prussiae Geogr. p. 394.
(c) Id est Collegium Fratrum Ordinis Teutonici. Capitulum vox
barbara.

CAP. XIII.

De

Adventu Marchionis Misnensis.

HOC tempore Nobilis & illustris ille DEO devotus Princeps
(a) Henricus Marchio Misnensis cum quingentis Viris No-
bilibus & in armis expeditis multoque divitarum apparatu ve-
nit ad terram Prussiae. Hujus Viri animus & totus conatus ad
destructionem infidelium & ad Christianorum terminos dila-
tandos fuerat inclinatus.

ANIMADVERSIO.

- (a) Hujus Henrici filius Theodoricus itidem expeditionem in Prussiam
suscepit An. 1272. de qua infra cap. 128.

CAP. XIV.

De

*Destructione Plurium Castrorum &
subjugatione Pomesanorum.*

13